Fredericus Miseratione diuina Sacrosancte Romane Ecclesie tituli sancte Lucie in Septemsoliis Presbiter
Cardinalis Archiepiscopus Gneznensis et primas Episcopusque Cracouiensis Vniuersis et singulis sexus vtriusque christifide
libus Salutem in domino sempiternam. Quanto frequencius fidelium mentes ad opera deuocionis inducimus tanto salu
brius eorum animarum saluti prouidemus. Cupientes igitur ut Altare in Ecclesia parrochiali in Moÿszogoli situm nuper ad
laudem omnipotentis dei et in honorem sancte Trinitatis et aliorum sanctorum noviter fundatum et erectum dictum Walthen
per amplius decoretur ornetur et a christifidelibus iugiter veneretur Necnon in suis structuris debite reparetur conseruetur
et manuteneatur ac libris Calicibus luminaribus et rebus aliis diuino cultui necessariis decenter muniatur
Atque christifideles ipsi libencius deuocionis causa ad ipsum Altare confluant et ad reparacionem conseruacionem manu
tenencionem et municionem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices quo ex hoc ibidem dono celestis gracie vberius
conspexerint se refectos Omnibus et singulis sexus vtriusque christifidelibus confessis et vere penitentibus qui Altare
ipsum in festis videlicet Trinitatis Visitacionis et assumpcionis sanctissime virginis Marie Corporis christi et
sancte Anne deuote visitauerint annuatim et ad premissa manus quomodolibet porrexerint adiutrices pro singulis
dictarum festiuitatum diebus quibus id fecerint de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum
eius auctoritate confisi Centum dies Indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in domino misericorditer relaxamus
et largimur per presentes presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis In cuius rei testimonium Sigillum

100 dies

1495 martii 11.

Indulgentiae pro Altari Mejszegolien. S[anctis]s[i]mae Trinitatis

Sto dni odpustu

ANNO. 1495 MARTII 16

Indulgentie

1495. Marca 16.

Bulla na Sto dni Odpustow Ołtarzowi Swiętey Trycy w Kosciele Meyszegolskim — służąca, w Oryginale. —

Do Kościoła Meyszegolskiego —

45 M Mili 3.

Lietuvos TSR CENTR. BIBLIOTEKA Mokslų Akademija

Lietuvos TSR Mokslų Akademijos
CENTRINĖ BIBLIOTEKA
VKF-68

KDKN
Nr. 427